

nominis fama laborant, atque a cæteris exploduntur in istis etiam Ethnicæ religionis tenebris; semper tamen animadversum est vite ipsorum flagitia, ac libidiniosissimum vivendi genus hanc ipsam injecisse mentem, ut cogitationem, metumque suppliciorum, quæ sceleribus suis debebantur averterent; Malum enim extinguit, quam ad supplicia referri: Minutius Felix inquit.

Que mala ex opposita ostenduntur.

Si homini non alia adesset vita præter eam, quam in hoc mundo tradidit, impij, qui se feceriminosi ingurgitant voluptatibus, præ bonis longe feliciores essent; omnesque jure in id unum vacarent, ut summam felicitatem in terrenarum suavitatum perfructu statuere, atque vita sua pro virtutibus ostentarent; cum enim vita hæc eorum esset finis extremus, jure apud illos virtutis locum obtinerent. Hæc moralis ratio tantam vim habet, ut D. Chrysolomo locum præbuerit asserendi, negare anime immortalitatem, ac Dei existentiam negare, unum & idem esse; hoc enim pacto Deum insultum esse crederemus, qui bonos quidem sine premio, eo quod omnes hujus vite voluptates abdicaverint, impios vero sine poena, quod omni flagitiorum genere sese protulerint, relinqueret. At in Deo injustitiam admittere, idem est, ac tollere divinitatem.

Si verum est nihil in terris inventi, quod ad ætium aliquid finem minime tendat, ubi bonum, ac requiem suam nanciscatur, quam tamen assequi nequit; quod ignis furtum, lapidis vero deorsum tendentium exemplis confirmatur; nonne anima quoque ad illud bonum contendere debet, quod sibi satisfacere, ipsamque felicem efficere possit? At naturali docemur lumine, bono alicui, ut hunc parere possit effectum, duplicem inesse debere conditionem; alteram quidem, quod in se ea omnia contineat bona, quæ anima expetere possit; alteram, vero, quod illa tuto possideat, quin eorum sacuram sit subitura. At ex omnibus creatis bonis nulli duplex hæc inest conditio; nemo enim aliorum perfectiones possidet, immo neque æternam eas possidet, quæ sibi sunt proprie, ac peculiatæ; ideo anime requies, & felicitas in alicujus creati boni possessione consistere nequit. Confutandum est ergo ad increatum bonum, quod Deus est; qui tamen cum in hac vita possideri minime possit, eo modo, quo opus est, ut felicitas adit; requiritur necessario, ut hoc bonum in altera vita inveniat ab anima, ubi Deum, æternum, ac summum bonum perfecte, atque in ætæternum possideat; quod profecto esse non potest, nisi anima sit immortalis.

Anima habet naturalem immortalitatis desiderium.

Ad hæc videmus, naturam omnibus hominibus immortalitatis desiderium injecisse; unde sequitur, ut nemo naturaliter mortem non timeat, ac in æternam vitam traducere minime cupiat. Anima violentum hoc semit desiderium; cumque nequeat semper in terris versari, contendit tamen in hominum memoria saltem vivere, & quamdam nominis suo comparare eternitatem; quod quidem alicui præclaris rebus gestis, alii vero scientiis, ædificiis operibus conatur acquirere. Hinc fit, ut ambitiosi semper altius provehi cupiant, & avari in futurum tempus opes congerere studeant. Pauci tamen horum motuum causam intelligunt, quæ non alia profecto est, quam violentum illud desiderium, quo anima nostra quocumque in loco, & omni tempore esse cupit, atque per hanc inquietam sollicitamque cupiditatem satis offendit, ipsam eundem cum tempore finem nequaquam habituram, sed ad eum finem contendere, qui non habet finem, quemadmodum loquitur S. Augustinus. Hoc igitur desiderium adeo violentum, atque universale frustra esse non potest, non secus ac instinctus ille, quem naturæ Deus omnibus animantibus indidit; & inclinationem illam, quam omnibus omnibus impressit, ut ad suam finem ferantur.

Longe plures rationes superant, aliæque probationes immortalitatis anime nostre seu plussicæ, seu morales, quas Theologi flagitiosorum hominum questionibus, atque objectionibus responsuri fufius pertradant; quarum singulis licet neque metaphysice perspicuitas, neque mathematica infit demonstratio, omnes tamen simul adeo valide sunt, tantumque roboris habent, ut Ethnicos ipsos persuadere poterint, eosque cogere, ut vici manus darent, ubi vel crasse ignorantie tenebris obruti, vel cæcæ obstinationis perfracta obdurati non essent. Quod tamen ad Christianos homines per-

tinent, præter Scripture locos, quos superius attulimus, nemo unus ignorare potest, hunc fidei nostre, ac symboli articulum esse; eamque veritatem ab universali Ecclesia fuisse definitam sexta Generali synodo, ac deinde Lateranensi Concilio confirmatam ita ut de eadem ambigere, idem censendum sit, ac eodem tempore & rationalis, & Christiani hominis qualitatem exuere.

Sciendum est, juxta S. Pauli doctrinam, in nostrum unoquoque duplicem quodammodo reperiri hominem, interiorē scilicet, atque exteriorē, animam videlicet, & corpus; quæ cum in nobis duplex vite genus constituit, duplici mortis generi sumus obnoxii. Corporalem habemus vitam cum brutis communem; & animæ vitam, quæ nos Angelis similes efficit. Hæc quidem spiritualis est, pura, sancta, & ab iis omnibus, quæ terrena, & carnalia sapiunt, expedita. Principium vite corporis, anima est; animæ vero Deus, qui in anima per gratiam inhabitans efficit, ut supernaturalem, divinamque vitam vivat, quemadmodum anima præstat, ut corpus naturali vita fruarer. Ita non secus ac postquam anima cessavit corpus moritur, ita moritur anima eodem temporis momento, quo ab illa recedit Deus. Cum autem anima longe præstantior sit corpore, & Deus infinite superior anima, cum Deus animam deserit, & ab illa divellitur, hæc mors animæ per Dei secessionem insulsa proculdubio gravior est, ac magis desolanda, quam mors corporis, quæ tunc contingit; cum a corpore anima excedit.

De anima in sua naturali stantia considerata.

Si quid in terris est, propter quod peccatum tantum malorum omnium maximum perhorrescere teneatur id præcipue censendum est, quod mortem animæ nostræ infligit, nobis gratiæ vitam eripiens, nobisque Deum auferens, summum videlicet, unicuique bonum, quod in ætæternum nos felices efficere valeat, & quod deinde nos iis omnibus meritis exuat, quæ virtutum exercitatione potuimus acquirere; quod illi cum naturali morte commune est, homini omnia bona, omnesque divinitas auferente.

Peccatum anime vitæ amiserit.

Notandum est, juxta Christianæ Religionis principia, animæ nostræ duplicem essentiam inesse, alteram quidem naturalem, supernaturalem alteram, eamque secundum supernaturalem essentiam non esse immortalem, quemadmodum S. Hieronimus inquit, potest enim amittere gratiam, quæ vita ipsius est supernaturalis; immortalis vero esse secundum naturalem essentiam ex nature sue statu, suæque substantiæ incorruptione. Nullum habet vel intra, vel extra se principium, quod delectari possit, Deus unus illam in nihilum redigere potest; immo neque in se illum habet corruptionis principium, essentia illius est forma simplex; neque ulla exterior est causa, quæ illum possit destruere, quia spiritus est, & materia in spiritu agere nequit, cumque proprietates eius sint essentia simplicis, indivisibilis, atque incorruptibilis, dubitandum non est, quominus sit immortalis.

Animaque naturaliter immortalitatem desiderat.

Illud autem ostendit animam naturæ legibus obnoxiam non esse, quod naturale ipsi inest immortalitatis desiderium. Quorum homines magnificas zedes extruunt, belli tot pericula subeunt, tot posteris scripta relinquunt, tumulis suis exquisitissima inscribant Epitaphia, nisi ut in hominum existimatione superstiti immortalitate fruantur. At hoc naturale desiderium inane penitus esse non potest; nequeunt homines mentes suas in eternitatem extendere, immo neque eternitatis cogitationem concipere possunt, nisi illam anime ipsorum valeant possidere. Igitur immortales sunt, idque voluit Deus, ut magnificentia, atque justitia sua æternum enitesceret, magnificentia quidem in cumularissimo gloriæ sue premio, justitia vero in severissimo scelerum omnium supplicio.

PARAGRAPHUS VI.

Loci ex Aestheticis libris, Neotericisque Concionatoribus delecti.

Sandus Gregorius Nyssenus ait, quemadmodum oculi, qui reliqua objecta quocumque intruunt, se ipsos tamen nisi speculo intruere non possunt, ita animam, quæ omnia cognoscit, se ipsam tamen cognoscere minime posse nisi in speculo scripturarum de ipsius creatione loquentium.

De anime præstantia, quæ ex se dignitatem suam intelligere non potest.

Ibi illa dicit, se manu Dei elaboratam fuisse, hunc statu suo humanum corpus animasse, ubi intruatur, Deum, qui in cæterorum operum creatione est usus imperio, in homine operando, deliberatione usum esse, atque consilio: ubi etiam intelligit, Dei imaginem in se insculptam fuisse, atque cognoscit tot caracteribus dignitatis suæ se fuisse consecratam: Factus est hominem ad imaginem nostram. Gen. 2. Bivros.

Fieri ne potest, inquit S. Bernardus, ut anima, quæ omnia ferme hæc terrena cognoscit, ignoret, quomodo, & quem ad finem creata sit? Vel si cognoscit, sciens se ad imaginem Dei sui factam fuisse, & ob id factam, ut illum in ætæternum possideat, haud ægre hoc tantum boni relinquat carnis corruptionem secutura? Ad hæc, si Dei sanguis nostræ redemptionis est pretium, & si ratio vult, ut rem, quæ redempta fuit, ex illius sanguinis pretio æstimemus; postquam animarum nostrarum salutem contemneret, quin sanguinem Filii Dei contemneremus, scientes illum mortem oppetere voluisse, ut hanc revocaret ad vitam? Nonne in nosmetipsos barbari, ac sævi estemus animabus nostris minime consulentes, ita ut vitam morte adeo pretiosa acquisitam illi conservare non possemus? *Ricoboni l. de Perfectione Christiana cap. primo.*

De anime morte per peccatum.

Si verum est, uti anima vita corporis est, ita Deum esse vitam animarum nostrarum, vellene ipsa poterit recedere a Deo, non solum vita sua; verum etiam vita suæ felicitate? Præcipue vero si consideret, se peccatis mancipari non posse, quin seivorem patret necem, quam quæ animas a corporibus sejungit, necem, quæ locum præbuit S. Bernardo exclamandi: gloriaris ne potestis alicuius inesse Christianæ pietatis sensum, si corpus intuitus, a quo recessit anima, vos miseret, non miseret vero ejus animæ, a qua Deus recessit? Si amici alicujus interitum videre non potestis, quin in inutilis lacrymas erumpatis; animæ vestre mortem sicis oculis spectare poteritis? Eos desectis mortuos, quos lacrymæ suscitare minime possunt, quin animarum vestrarum mortem desectis, quas per poenitentiam lacrymas ad vitam revocare poteritis? *Idem.*

Quam animarum nostrarum dignitas putanda est, quandoquidem Dei ipsius imaginem referunt, equique spiritualitate, intelligendi vim, immortalitatem imitantur? Verumtamen existimatio, quæ de anima habenda est, non simpliciter theoretica, sed etiam practica esse debet, ita ut animam nostram pro ipsius dignitate habeamus in pretio, atque subinde nobismetipsis dicamus id, quod olim CHRISTUS JESUS Judæis: *Cujus est imago hæc?* Quoniam vero Dei imago est, eam illi, quæ par est, reverentiam præstemus. *Nobilem vult esse vitam suam, qui sibi commisit imaginem suam.* Vult Deus, ut nobilem, divinam, dignamque Deo vitam ducamus, quandoquidem nobis hanc dedit imaginem, ut illius curam geramus, eamque diligentissime custodiamus. *Bivros 2. Sermonem pro feria quinta Cinerum.*

Quanti a Deo fiat anima nostra.

Dicendum profecto est, existimasse Deum, hanc animam in seipsum admodum pretiosam esse, ac plurimum gloriæ suæ conferre posse; quandoquidem tot, tantaque subit, ut illum quocumque scelere ablueret. Quemadmodum si pictorem quempiam viderem omnia bona sua tradere ad tabulam a se depictam, licet luto conquinatam, atque delatam redimendam: inde arguerem, opus illud ab auctore suo præstantissimum existimari, atque inter tot macularum fedatam pretiosum aliquid ab ipso deprehendi, cum tanto illud velit pretio comparare: ita cum video, Deum ex ipso vitorum cæno, atque flagitiorum volutabro animam eruere, illam tanta anxietate perquirere, tot, tantaque mala pati, vitamque suam ad illam redimendam impendere, tunc quidem intra me dico, quantum pretiosa, atque excellens hæc esse debet, quandoquidem tot aspersa maculis tanta cura perquiritur, tanto labore, tantaque pretio redimitur? Tunc cum S. Bernardo concludo: *Mira dignatio Dei querentis, sed mira dignitas hominis querenti!* *Idem.*

Hac de causa Apostoli ardentissimo zelo succensum animarum salutem quaesiverunt, atque cum S. Paulo dicere poterunt: *Ego autem libentissime impendam, & superimpendam ipse pro animabus vestris.* 2. ad Cor. 12. Ite Apostoli, maria percurrere, provincias peragere hac una spe ducti futurum, *Houdry Bibl. Tom. I.*

ut aliquam animam salvam faciatis. Præclara est laborum vestrorum merces; ipsa enim Dei, tamquam Creatoris imaginem refert; ipsius virtutum particeps est, tamquam Redemptoris; & per hanc redemptionem digna fit, ut in ætæternum fruat aspectu ejusdem tamquam Glorificatoris. *Idem.*

Intellige, quanti momenti sit salus, & cognosces, quanta sit animæ dignitas. Si illius spectas originem, ex Dei manu prodiit; ab illo, quid ipsa est, accepit; ille hanc fecit non tantum infirmum aliquid suæ potestatis indicium, ut cætera animantia rationis usu carentia; sed tamquam suæ cognitionis, atque sapientiæ vivam imaginem. Si ejusdem naturam perpendis, ipsa est invisibilis, spiritualis, immortalis substantia, in se Creatoris sui imaginem gerens, quæ ex iplo conditionis suæ privilegio, postquam in tempore vixit, quod statim finibus circumfribitur, in eternitate nullis habitura finibus vivere debet. Si illius finem respicis, hæc ideo creata est, ut in ætæternum Deum laudet, & colat. Itaque quidquid Deus non est, illum debere quidem potest, reperi non potest; Deus unus illi satis esse potest; & licet tranquilla pace frui videatur, nunquam tamen vera quiete fruetur, nisi iterum cum principio suo conjungatur. Sin autem pretium consideras, quod pro eadem redimenda perfolutum est, inventis illam fructum esse passionum JESU CHRISTI, sanguinis ipsius pretium, & quam veluti nova novi mundi Creatura usus Deus est Creator, atque Redemptor. *Fleebier in adoratione prima pro Clericis.*

Quanti a Deo fiat anima nostra.

Anima nostra Dei opus est: de effectu ex ejusdem causa judicandum est. Ipsa imago Dei est; ejus dignitas ex ipsius similitudine censenda est. Facta est, ut diligat Deum; ejusdem præstantia ex munere suo est intelligenda. Pretium est sanguinis, & mortis Dei, quanti valeat, ex pretio ipsius reputandum est. Nihil hac nobilius, nihil præstantius, nihil tamen magis illa negligitur quoad utilitatem, quæ animabus præstare tenemur. Illæ seductur erroribus, falluntur illecebris, vulnerantur scandalis, modo prævis consiliis, modo nefariis exemplis necantur; ipsarum libidini traduntur, in sua nequitia foventur; in ignorantia deseruntur; & satis misericordes esse putamus, si corpus, a quo recessit anima, prosequimur lacrymis, cum animam, a qua recessit Deus, sicis oculis intueamur. *Idem.*

Quot animæ famelicæ, ac Dei verbum esurientes petunt panem, neque inveniunt aliquid, a quo sibi frangatur? Quot cæci quibus si oculus addidisset dux, tuto in Domini vias fuissent ingressi, una cum cæco duce præcipites cadunt in foveam? Quot oves errantes, & vagæ, quas pastor sollicitus, ac vigilans, vel salubri lenitate, vel prudenti severitate coegisset in pascua, eo quod omni caruerunt auxilio, tandem misere laniantur ac devorantur? Quot languentes, ac macie confecti paralytici in ipsa piscinæ ora contabescunt, quod hominem non habent, a quo, ubi Angelus Domini eorum conscientias attingerit, in eam conspiciantur? Anima JESU CHRISTI Sanguine redempta sexcentis Mundi pretiosior est; quam igitur rationem redditurus eris de tot animabus, quæ tua, fortasse de causa interierunt? *Idem.*

Verbum æternum incarnatum est ut animas salvas faceret.

Scrutare quocumque liberet Divini Verbi Incarnationis causas, omnes ad unam salutis animarum nostrarum causam rediguntur. Deus venit in mundum; cur? Ut animas a peccato, ac demoniis servitute eriperet: ut illis veras sanctificationis earundem rationes detegeret, ut eas in statum illum vocaret, ubi perfererent in gratia, quam ipsis promeruit. Quanta erit gloria tua, si quid conferre poteris saluti animarum, quas ut salvas faceret, mortales exuvias induit; si spirituali, ac temporali subsidio easdem de peccatis eripere poteris! Omnia quidem nostræ Religionis arcana sublimia sunt, & admirabilia; verum aucter dicam, nullum utilius, nullum divinius est, quam saluti animarum prodesse. Hoc est divinum omnium divinissimum, quemadmodum a S. Dionysio appellatur. *Soly in mixtis operibus; sermone de Animæ dignitate.*

Summa captus admiratione S. Augustinus animadverit animam, quæ ea omnia cognoscit, quæ sunt extra se, plerumque nescire, quid ipsa sit, & quanti valeat; immo etiam negligere hanc cognitionem: *Qualis est ista, quæ tam multa cognoscit, seipsam nesciens?* Omnia extra se posita, videt; *Cc 2*

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

der, quæ veto intra sunt, nescit. Nihil est in Cælo, vel in terris, nihil vel in superiori Empyreo, vel in inferiori abyfso, quod non estundens objecta sui ipsius obliuiscatur, ac se non cognoscat. Quæ sit ista? ... Cam vero naturam suam minime noverit, intelligere unquam quæ valeat, & quot quantaque sint creationis suæ privilegia? Idem.

Quid est anima humana, Tertullianus interrogat? est, inquit ille, status ex Dei sinu prodians, atque emanans, qui in spirituali, libera, & immortalis essentia productione quiescit. Deus ex natura sua spiritualis est; anima mea quoque ex privilegio, atque divini spiritus infusione est spiritualis. Deus liber est in operationibus suis; anima quoque mea in suis libera creata est. Deus in sua duratione est immortalis; anima similiter mea immortalis est, & licet hoc discrimini intercedat, quod anima quidem in tempore incepit, Deus vero fit ab æterno; illa tamen æque ac Deus subsistit in omnem æternitatem. O status Dei, quam potens es! O anima hoc statu vivificata, quam magna es? Idem.

Quoriam putas, Deum ad hominem efformatum respiratione usum fuisse non voce? Ideo, S. Gregorius ait, ut suam amorem, suamque existimationem, qua animam compledebatur, restatum relinquere. Nequaquam egit cum illa tanquam cum opere communi, & contemnendo, sed eam veluti summum, perfectissimumque opus respexit. Illam non eduxit ex nihilo, ut reliquis creaturas voce imperantis, sed amantis suspirio; non per vocem imperantis sed respiratione creatus. Cætera quæ fecerat, vidit solum, probavitque: Vidit cuncta quæ fecerat, & erat valde bona: Verum hominis animam longe majorem habet in pretio; hæc enim suus status est, hæc suspirium, hæc sui amoris effusio. Idem.

Licet mihi cum S. Chryologo exclamare: Quare tibi tam vilis es, qui tam pretiosus es Deo? O homo? cur te parvi adeo pendis, vel potius cur vilis adeo videris in oculis tuis, & adeo contempnibilis, cum Deo tuo tam carus sis, atque pretiosus? Quare sic honoratus a Deo, te ipsum taliter inhonoras? Cur tot honoribus a Deo affectus, tot privilegia cumulatus per summum dedecus, & probrum te ipsum dedecoras? Quare quæris unde factus sis, & ad quid factus sis, non requiris? Cur tantopere nonnumquam laugaris, ut scias, unde effectus fueris, neque tibi negotium facessit, qua de causa, & quem ad finem creatus fuisti. Idem Job.

Quanti valet anima? hoc non ex ambitioso homine quæro qui pro inani honoris aura animam suam vendidit; nescit ille quanti valeat; dicere quidem potest, ubi pro inani quadam honoris specie eam in captivitate asseruit, se id ignorasse cum S. Paulo; ignorans feci. Neque ex avaro id percontor, qui pro tenui quadam lucello eam tradidit; facti ille prodidit cæcitate suam, cum rem insinuiti pretii pro adeo modico valore distinxit. Ut illius meriti, atque præstantiam intelligam neque ex libidinoso quopiam id suscitator; jamprius namque a Spiritu sancto didici, hominem suis deditum voluptatibus nequaquam cognoscere que Dei sunt, que procedunt a Deo, que ad Deum sunt revertenda: animalis homo non percipit ea, que Dei sunt; 1. ad Cor. 2. Ad quem ergo confugiam, quanti anima valeat edocendus? Ad te, o Creatæ Sapientia, quæ per Apostolum tuum quiddam pretium nobis aperuisti: Non corruptibilis auro vel argento, redempti estis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati; 1. Petri 1. Obliviscimini ergo, quid estis jure terrene navitatis vestre; illius enim memoria superbiam tantummodo vestram alere, & factantiam fovere potest: Obliviscimini, quod mentis, atque industria vestre subsidio nunc estis; hinc enim cogitatio illorumque noxiarum vobismetipsis gignere solet philautiam; obliviscimini omnes vel naturales, vel acquisitas animi vestri dotes: & hoc unum scitote, quod ex animo vestro nulla unquam oblivione delendus est, animas scilicet vestras nequaquam vili quodam, & contempnibili pretio, quale argenti, aurique pretium est, sed pretio adeo magno, inestimabili, infinito, quale est Sanguinis JESU CHRISTI pretium, vos fuisse redemptas. Intelligite aliquando, animas vestras Salvatori æque pretiosas viliis fuisse ac Sanguinem suum;

Cur Deus statu, non voce usus fuerit in animæ humanæ creatione.

De animæ nobilitate pretio.

hunc enim sanctissimum, sanguinem ad eas redimendas effudit. Idem.

Unicus, Domine, ocalorum tuorum intuitus, unicum suspirium tuum, unicum gressus, vox unica tua omnipium hominum salutem poterat operari: attamen sublime adeo concepti dignitatis animarum nostrarum ideam, ut nequaquam nimis te dare credideris totum sanguinem tuum ad extremam usque guttam pro earundem redemptione effundendo; immo si in toto terrarum orbe unica tantum redimenda fuisset anima, minime dubitales infinitum hoc sine pretio pretium erogare, ut eam salvam faceres. Idem.

Anima nostræ proprie æternæ gloriæ capaces sunt, atque pro eadem creatæ. Prædestinatio, vocatio, justificatio directe ad animas nostras referuntur. Has prædestinat Deus conformes fieri imaginem JESU CHRISTI filii sui; in ipsis actuales, habitualesque gratiæ recipiuntur; illæ Deum cognoscent, videbunt, amabunt; illæ ad eum anhelant, illum inquirunt, neque votorum suorum compotes erunt, nisi penitus hæreat huic unico suæ felicitatis objecto; illis, tanquam amicis suis annuatim Deus, se ipsarum possessionem futuram, & ipsas ad Deum usque attolli posse, Idem.

De animæ cognitionibus in vita hæc idem fere ulvenit, ac de sacro Ibraheitarum igne, tempore Babylonice captivitatis. Illi enim antequam patria excederent terra, ignem in puteo occultare; atque postmodum reversi, pro igne aquam tantummodo invenere. Deus in nobis rationem, tanquam sacrum ignem constituit, quo in eis uteremur, quæ & ejusdem gloriæ, & nostræ salutis prodessent; hunc ille querit ignem, at luculentam invenit aquam, videlicet sensus omnino terrenus. Quod probum est, animam corporibus omnibus, quæ extra se sunt, absolute dominari, corpori vero suo, cui inhæret, turpiter ancillari? Nullum corpus est, cui per rationem anima nequeat imperitare: fluida moratur corpora, atrolli gravia, sejungit fluida, emollit dura, domat rebellia, sed eorum dominatrix, quæ absunt, infelix ancilla est eorum, quæ eadem propius attingunt. Legi peccati subiecta est. P. Simon a Virgine Carmelita, Sermone hujus argumenti.

Vides, ubi aliquis ægrotat, quam agatur cura, quam sollicitudine agatur, quot erogat sumptus, ut corpori suo medeatur? nihil intentatum relinquunt, ubi spes adesse affectu valeatundem reparanda. Cur autem animam nostram negligemus? Numquid minime meretur, illum adhiberi pharmacum, atque ejusdem incolumitati omnem operam enixius impendi? Si tot corpori subsidia afferuntur, æquum non est, ut anima in quadam veluti oblivione desereret, in morbis suis confescescat, & propter incuriam intereat. Nulla æqualitas est, immo nulla infiniti comparatio potest inter duas hæc partes: caro enim in omnia vitiorum genera prona est, ac nos semper ad terram tanquam primam originem suam trahere conatur; cum anima descendens a Patre luminis suæ nature in cælum contendere debeat. Hæc anima in nobis constituit imaginem Dei, ipsa est pretiosissimum donum, quo divina potentia, ac largitas nos cumulaverit, per hæc præcipue divini amoris objectum divinarumque beneficiorum, gratiarumque subiectum sumus. Animam nostram tueri, eamque intra cancellos eidem circumscriptos continere, idem est ac seryare depositum a Deo nobis concredidit, cupis rationem est aliquando expectiturus, Ex epistola secunda S. Eucherii.

Quid prodest homini, si universum mundum lucraret, anima vero suo detrimentum patiat? Nulla ergo utilitatis ratio subsistere potest, ubi certa animæ jactura agatur; omnes quæritus, utilitates omnes nauci æstimandæ sunt, ubi damnium aliquod salutis æternæ inferatur; quomodo enim lucrum, vel quæritus aliquis, quicumque tandem ille sit, percipi poterit, cum anima non amplius eo in statu versetur, in quo illum valeat experiri? Præsens vita æternæ vitæ oblivionem inducere nobis non debet; hæc enim tradita nobis est, ut illam jugiter recogitemus, singulis ipsius momentis nolmet eidem præparemus, atque eandem bonis operibus promeremur. Ferendum ergo non est, ut hæc vita que in singula momenta labitur, opponatur vitæ illi, quæ nullum eum finem habitura; ne, cum ad illam gradus esse debet, fiat molestissimum eidem obstaculum. In Epistola eadem. Ubi

Omnis dona, & operatio, rales gratiæ ad animam proprie pertinet.

Cura que de animæ habenda est.

De anima, & corpore constitucione.

De deprehenfione animæ a corpore.

Discrimen inter hominum, ac brutorum animas.

Ubi corporis carcer atteritur, illum anima reparat, cum ruinam minatur, illum sulcit, cum tempus, & mala eum labeladant, eundem constanter defendit; in eo sese munit, & nunquam inde egreditur, donec exiguum aliquod punctum inveniat, ubi delitescere valeat. Hinc violentæ ægoniæ, & inquietæ agitationes, ubi loco cedere cogitur. Et constat ratio; cum enim anima, & corpus duæ partes sint, altera propter alteram mutuo creatæ, ut utraque simul totum idem constituant; perfectionem suam non obtinent, neque suam finem attingunt, nisi ubi conjunctæ sibi cohererent. P. Aurelianus in sermone de Beatissima Virgine Assumptio.

Præter æternas potius soli tenebras offundere, in omnes æquarum fontes virus injicere, oculos sibi effodere, effosillos oculis circa præcipitis aliquid loci oram versari, quam perperam immortalitatis animæ fidem evterere, & vel sophismate quopiam extinguere, vel pravo aliquo affectu lumen hoc adeo generale, & necessarium suffocare. Hunc inter mortales errorem inferre, idem est ac radietum religionem omnem convellere, virtutum radices obruncare, postissimam societatis humanæ principium dilapidare. Silbon Tractatu de Animæ immortalitate.

Qui videt arctam hanc, inevitabilemque dependentiam animæ a corpore, & organo ejus, eamque contagionem, quæ ad altissimam etiam regionem, ipsaque mentis operationes ascendit, animam evigilare, atque sese explorare prout corpus adolescit, atque illius temperamentum consolidatur, somnum sensibus soporem inducendo rationem quoque vincire, & catenas quodammodo injicere illi facultati, quam divipiam vocamus, vini sumum, hypocondriacæ vapores, ardorem febris, & capitis vulnus illius sermores perturbare, atque agendi rationem invertere, animam ipsam ætatis senio quodammodo confici, & cum organorum atteri detrimento, ita ut cum corporis defectu, atque temperamentis labefactione, deficere, ac labefactari videatur: qui videt inquam miseriam vastitatem, cum ob mentis oculos jugiter hoc spectaculum versetur, in eam sensim mentem impellitur, ut, animam non alterius esse conditionis, quam cæteras formas existimet. At aliunde, ubi rationis considerat imperium in ipsam naturam, & metamorphosis, qua mores ipsos contra ipsam humorum temperiem immutat; sublimis illæ, divinæque cogitationes, quæ hominem supra sensuum objecta, atque omnem naturæ extensionem attollunt; desiderium illud felicitatis, quo naturaliter rapitur, & quod efficit, ut ubique, ne id mente quidem reputans inquirat: hæc inquam desiderium, quod omnia terræ bona, & quidquid sub cælo est explere non potest, fidem adstruit, necessario aliquid divinum, atque immortale eidem inesse, quod corporis, & materiæ ordinem prorsus excedat. Idem.

Moralis demonstratio ex multarum rationum, argumentorumque congerie percipitur, quorum singula recte quidem evincunt, quod contendunt, non tamen satis plane, atque perspicue. Intellectus colligit, & undequaque coacervat; quidquid lucem afferre potest ei rei, quam intelligere quærit; in auxilium omnes suas vires accersit, cum quovis armorum genere digladiatur, pluribus tormentis, atque machinis utitur, ut victoriam obtineat, & propositum sibi assequatur effectum; rationes rationibus agglomerat; rationes ipsas auctoritate confirmat; opinionem, quam statuerit admittit, considerat, oppositas vero incongruentias, & quæ inde sequuntur absurda, perpendit. Moralis igitur demonstratio, ubi de animæ agitur immortalitate, nequaquam posita est in primo examine, quod facti intellectus rationum, & argumentorum hæc inferentium veritatem, neque in primo experimento virium eorumdem, quod seorsim, ac singillatim instituit; sed in peculiari quadam consideratione, qua rationes omnes in quoddam veluti corpus congestas intrucitur, & in posteriori ratiocinatione, quæ ex toto eo corpore interitur. Hoc pacto fidei consonum nequaquam est, ut tot, & tam varia argumenta ad eam probandam opinionem, quæ sit fallax, valeant inducere. Idem Silbon.

Si nihil corporeum, nihil materiale in Angelorum substantia invenitur, seu illorum conditionem, seu modum, quo sunt, respicere velis, quis ambigere poterit, utrum animæ nostræ substantia

ab omni materia immunis sit, atque vacua; sed prorsus spiritualis, atque alterius ordinis, qui longe omnem corporis, & materiæ ordinem antecedit. Quod spectat ad substantiam animæ brutorum, quemadmodum non videmus, illam in operationibus suis supra materiam attolli, eamque sensuum suorum objectis attici tantum, ab illis necessario moveri, & agitari; illam temperamenti, & organorum ancillam esse, ac eo semper contendere, quo ab illis impellitur, & eo sequi, quo illi eandem inclinant; iure affirmamus esse corpoream, atque per se solam, & a materia sejunctam non posse subsistere. Idem.

Sacra nullo pretio possunt æstimari; quemadmodum citra impietatem pollui non possunt, illi neque emi, neque venditari citra simoniam, nisi iidem pretium tribuatur æque magnum, ac ipse Deus? At quidnam tam Deo sacrum, quam anima, eidem ob tot rationes dicata? Hæc Dei solium est, hæc templum, hæc hæreditas, hæc thesaurus, ubi suum cor, suæque delicias constituit. Quanti valet igitur anima? Si iustum illius pretium nosse cupis, vide quanto steterit impendio Redemptori. Dicendum projecto est, hanc magnum esse thesaurum, distissimumque depositum; quippe æterna Sapientia, quæ falli non potest, illam suo sanguine pretiosiorum iudicavit, inquit S. Bernardus: Pretiosum Depositum, quod sibi Christus proprio Sanguine dedicavit. P. Novet, Meditationum parte 5.

O bone Jesu! ne permittas nos in adeo miseriam labi cæcitate, qualis est hujus mundi bona animæ nostræ præferre, ac fucatas, fluxaque divitias veris, æternisque thesauris antepone. Nonne tot, tantaque passus es, ut animam nostram salvam faceres, animam hanc, quæ tanto tibi stetit pretio, animam hanc, pro qua totum Sanguinem tuum effudisti? Quæ miseria igitur, vel dicam melius, quæ infamia, si pro inani aliqua re illius detrimentum patiamur? Quid enim in Mundo est, quod illius pretium æquet, vel quam debet homo commutationem pro anima sua? Matth. 18. Filius ait: Igitur eam majorem habedamus in pretio, quam cætera; reliqua omnia tradamus, ut eam servemus, eique veras solidasque divitias procuremus. Desumptum ex libro, cui titulus: Essais de sermons de l'Abbé de Breteville.

Mirum vobis videatur, quod Anima sit corpori superflua, mirum vobis sit potius, quod illa cum subiecto ab ipsius præstantia tantopere abhorrente coheret. Anima unione cum corpore, non animæ a corpore secessionem admittari debetis. Intelligite, si potestis hoc fœdus rei locum occupantis, datam extensionem habentis, cancellis suis circumscriptæ, & in præsens tantum, atque in præsentia subiecta agentis, cum re nullam figuram, nullam extensionem, colorem nullum, non fluiditatem, non soliditatem habente, quæ aliquo in sensu est ubique, quin partes habeat locum occupantes, quæ in præteritum, in futurum, in se, in ipsam agendi rationem eo miraculo operatur, quod licet invito de illius spiritualitate persuaderet. Desumptum ex Tractatu de Religione.

Ausum ne ex te quæres, utrum Dei sensum circa animæ tuæ pretium intelligas? eam ne tanti facis, quanti ille? Si enim tantidem faceres, numquid in singulos dies periculum adires eandem pro fragili, inanique re amittendi? Diceres ne Deemoni, quod olim Judas: Quid cultis mihi dare, & ego vobis eam tradam? Matth. 26. Da mihi honorem hunc, lucellum illud, & anima mea tibi erit. Nisi animam tuam tanti facis, quanti Deus, saltem eam tanti fac, quanti eam Deum facit. Cur illam flocci pendis, cum ipse hæc adeo pretiosam existimet? Omnia facit, omnia donat, omnia pollicetur, ac nihil intentatum relinquit eam obtenturum; tu vero nihil vis facere, nihil pati, nihil dare eam servaturus! Numquid minus res agitur tua, ut animæ tuæ studeas incolumitati, quam demonis, ut ejusdem querat interitum? P. Nepveu Tomo 4. Considerationum.

Nemo unum ignorat, animam æque imaginem Dei, illius gerere similitudinem, atque ab ipso Deo eidem divinitatis sui characteres impressos fuisse; Creati Deus hominem ad imaginem suam: Gen. 1. Sed me miserum! homo hanc imaginem sceleribus suis adeo fœdavit, ut modo minus fere Deo, quam brutis similibus videatur: Comparatus est

Quomodo anima Deo sacra poluitur.

Nequaquam tanti faciunt animam nostram, quæ a Deo, & demoni illam fœdavit.

BIBLIOTECA CENTRAL U.N.L.

mentis, & similitudo factus est illis. Psalm. 48. E-

Deus ani-
mam non
corporeis
quibusque
rebus,
sed Angeli
etiam
praesent.

Vides quanti Deus faciat animam, quandoqui-

Videat
Deus ani-
mam ipsam
etiam filii
sui voca-
re praesent.

Quidam etiam ex Sanctis Patribus procedunt

Immoremur paulisper ea considerantes, quae pro

tem omnes actiones vestras referte, primas curas

Fili serva animam tuam, & da illi honorem se-

Dolorem
cessatur
Deus ob
animae su-
aturam.

Certum est, animam hanc esse adeo praestan-

Cum anima quaedam vel participatio Divinitatis,

Deus hominem creans libertatem illi tradidit,

Anima ex
cellencia
in hoc po-
sita est,
quod est
divinitatis
imago.

Nonnulli Sancti Patres jure affirmaverunt, ver-

Credere
animam immo-
rtalem

nostrae fundamentum; anima immortalis est prima-

Notandum est, juxta Christianae Religionis princi-

Nihil in hoc universo invenitur, quo anima lu-

In Judicium libris narratur, Samsoni, cum in-

Eheu Fidelis! ob id create, ut aeterna felicitate

Plurima sunt, eaque satis perspicua discrimina,

singulorum. Unum tantummodo attingam, quod li-

Si ratio spectatur, quae est veluti character ani-

Hae praedicta sunt animae immortalitatem ita

Nullae res arboribus inter se vinculis continen-

BIBLIOTECA CENTRAL
U.A.N.L.

Itaq animae, dux suae veritatis simul conuenit.

mortalitatem probare non potes, quin eiusdem principium Deum immortalem constituas; neque Dei existentiam potes fateri, qui omnia sapientia sua condidit, & qui aeternum viget, quin animam nostram respicias velut aeternum illius diuinitatis radium, non nisi ex Creatoris sui voluntate perierit, quandoquidem per eiusdem voluntatem subsistit. Quamobrem sextentis admiratus sum vicens tantam incredulorum multitudinem, qui Dei existentiam consentientes, nihilo minus animam negant immortalitatem; quoniam nihil aequo sibi cohaeret, quam hac duo simul principia. Desumptum ex quodam Tractatu de Religione.

Facile dignosci potest, animam nostram naturales quosdam sensus inesse, qui eandem de aeterna ipsius duratione, non secus ac de ipsius celestis origine erudiunt. Ostendi potest, hanc nulla fovere inutilia desideria, atque naturaliter aeternam vitam optare, stimulis conscientiae nostrae nos falli non posse, hi quippe sunt sensus naturales nulli obnoxii illusioni; ac tandem nos his stimulis certos fieri de nostra immortalitate; & per eandem effici, ut mortem etiam post ipsam mortem timeamus. Idem.

Homini dignitas considerata, quae nunc propter animae perfectionem est imago Dei.

Summam Dei bonitatem? Tantone, Domine, a te habetur in pretio mortalis, ut illum ad tam sublimem verticem gloriae prolexeris? Domine, quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam vixit? Psal. 8. Non dicendum est amplius: *minuisti eum paulo minus ab Angelis*; nullibi enim dicuntur Angeli tuam imaginem gerere, neque fidelia esse Diuinae tuae essentiae exemplaria, eandem ad vivum exprimentia. Dicamus potius cum versione alia: *minuisti eum paulo minus ab eo*; ab eo scilicet, qui antonomastice Homo typus, Redemptor, atque omnium hominum prototypus; qui quidem quatenus Deus imago est substantiae tuae, ut ait S. Paulus; & quatenus homo nihil ab aliis hominibus differt. At hoc inter illos discrimen est; & hac simul etiam comparatio. Filius tuus est essentiae tuae per naturam, homo vero per gratiam similitudo; Filius tuus primum exemplar est, nos vero ad huius normam elaborati. Tu igitur personam omnino tibi aequalem per aeternam Filii tui generationem, nos vero tibi similes efficit in nobis diuinam perfectionum tuarum exprimens lineamenta. Ita cum sis unice propter Filium tuum, ac Filius tuus propter te, atque omnis aeternitas in mutui huius amoris reciprocatione impendatur; similiter non fore quidam proportione homo, cui temet penitus dedisti, homo, in quo omnes similitudinis tuae caracteres impressisti, homo inquam sese omnino, atque totum, quatenus est, tibi auctori suo tradere debet, & quin superbia effertur, atque intumescat, ut malorum Angelorum Antesignanus, & eas intuitus perfectiones, quibus a te tuit cumulat, debet, inquam, tamquam fluvius ex magnitudinis tuae profectus oceano, illic per amorem reuerti, ac in eo sese felicissima immixtione confundere? *Auctor Neotericus.*

Quid deus, quatenus deus, quatenus imago eius.

Docet ratio, imaginem ad eum omnino pertinere, cuius est imago. Si enim habet essentiam, hac profecto a prototypi sui essentia dependet, si aliquam habet perfectionem, nonne inde habet, quod in exemplari, atque prototypo inuenitur? si pretiosa est, nonne inde est, quia obiectum, quod per ipsam exhibetur, habetur in pretio? Si curiosus, & cum admiratione respicitur, nonne acceptum referendum eius est perfectionibus, quae in ipsius autographo elucescunt? Si demum colitur, in honore habetur, floribus redimitur, lapillisque pretiosis circum undique ornatur, num propter ipsam id accidit, non propter obiectum illud, cuius imaginem refert? Itaque si sensu praedita foret, hac omnia ad illius pedes offeret, a quo eadem accepit, atque solemini confessione affirmaret, quidquid in te pretii est, pulchritudinis, decoris, perfectionis, quidquid tibi exhibetur obsequii, & reuerentiae, illi uni conferenda esse, ac se hac non possidere bona, nisi quod ab eodem accepit. Ceterum cognoscens se eo perfectiorem, majorique in pretio futuram, quo magis obiecto suo est conformis; pro virili adniteretur levissima etiam imitari vestigia, quae in eodem nancisceretur; ac in illud ipsum transformari vellet, ut ibi novam essentiam assumeret, & felici prodigio, summissus prototypus fieret. Quid ergo? nos minori gratitudinis sensu afficiemur, quam

marmor, nisi careret anima? Sumus imago Dei, sed vivens imago; & illi acceptas referendas non esse putabimus perfectiones omnes, talenta, privilegia, quae, quatenus Dei imagines, possidemus? Ne imiteris rebelles Angelos inani ambitione, quasi hac omnia ex temetipso obtineas; Deo da gloriam; hac omnia defer Creatori tuo, qui te ad suam similitudinem effingere dignatus est, & qui ideo te fecit imaginem suam, ut in te, ac per te glorificaretur. Idem.

Afferere homines ad Deum pertinere, idem est ac aliis verbis affirmare homines esse homines; certum est enim homines nihilo magis necessario homines esse, quam ad Deum pertinere, qui illis rationalem animam contulit, quae cum ignorare non possit, se Creatori suo debere quod est, & vivit, illius imperio nequit non parere, neque supremam illius dominationem detestare. Illud vero a nobis iugiter animo repetendum est, quod cum Deum nosmet nobis, quodammodo per liberi arbitrii nostri possessionem tradiderit, ideo tradidit, ut nos ultro, ac per amorem nosmetipsos traderemus. Hoc igitur praestare tenemur, alioquin alieni boni usurpatores habendi. Et sane, quandoquidem ex D. Augustini sententia sumus moneta Dei, ejus nota insigniti, ejusque gerentes imaginem; verum quoque est dicere, nos ex infinitis thesauris ejusdem fuisse depromptos per bonorum suorum communicationem, atque per usum nostrae libertatis. Nonne eidem reddere tenemur, sique, ut Principibus afolet, debitum tributum persolvere, in thesauris ipsorum pecuniam reponeutes, cui pretium dedere, & qua in commerciis uti permittunt. Idem.

Peccatum non solum nos exiit supernaturalibus bonis, quae animam nostram exornant, eamque in oculis Dei acceptam efficiunt; verum etiam labes est animam eandem coinquans, atque imaginem, quam tibi impresterat Deus, misere deformans. Credunt nonnulli maculam hanc qualitatem esse propriam ipsius substantiae adhaerentem eamque horribilem efficienstem, qualis esset nigredo, qua facies aliqua faderetur; alii vero tenent, peccatis imprimi vestigia quadam, & characteres, qui sese produnt deformitatis suae, quos S. Ambrosius vulneribus, in formibusque cicatricibus comparat. Verum quomodocumque res se habeat, certum est, ibi maculas a peccatis reliqui, quas S. quidam Pater melius exprimere non potuit, quam illas diabolice feditatis lineamenta vocans; ita ut de anima per hanc maculam coinquata, atque deformata dici queant haec haec c. i. verba: *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? Tu signaculum similitudinis, perfectum decore, omnis lapsu pretiosum operimentum tuum.* Anima Christiana Divino Sanguine abluta phosphoro ipso micantior, quae geribus lucidissima lineamenta similitudinis Creatoris tui; & coram qua syderum ipsorum lux patiebatur eclipsim, undenam abiit jubar illud quod Dei ipsius amorem promererebatur? O stella, quae mane micabas, quomodocumque tartareis ipsis tenebris facta es obscurior? Quidnam tantam parere potuit mutationem? Hoc sane; *inventa est iniquitas in se*; ibid. Peccatum in te deprehensum omnem delevit pulchritudinem tuam; quae adeo contemptibilis est in oculis Dei, qui eandem tantum facit, quanti vilissimum limum, quod pedibus teritur: *In terram projecisti te, & dabo in se cinerem, nivis factus es.* Ibid. *Auctor Sermonum in omnia Morali Christianae argumenta.*

Deus, qui abicere minime potest imperium, quod in univerfas obtinet creaturas, illud tamen videtur exuere, damonij jus, ac possessionem animae, quae ante peccatum ad se pertinebat, cessurus: *Voca nomen ejus, non populus meus*, dicebat olim de populo suo, a quo fuerat accessurus: Populus hic non est amplius meus; illum tradidi in manus ipsius; ad me non pertinet; inimicus meus eodem potius est; atque hic illius integram possessionem relinquo. Hac anima, quam olim diligebam tamquam ad meam similitudinem factam, nullas gerit amplius notas, quibus si, qui ad me spectant, distinguuntur; noluit me cognoscere Dominum suum, ac mihi Dæmonis praelit servitutem. Quod deducit, quod opprobrium? *Urgere quo peccatores gloriantur?* Psal. 93. Uique quo gloriam querent, cum ipsis adeo iusta sit causa erubescendi? Licet enim hac servitus, ac Dæmonis possessio invisibilis sit, & illi, quibus maxime

Quomodo peccatum delat in Anima imaginem Dei eamque poluat, ita ut a Deo ipse contentetur.

Credendum est sedulo ac quis animarum iudicium sit.

suu dominantur affectus, se majori libertate frui, ac aliorum dominos esse arbitrantur; hi sapius hac ipsa in re servi sunt, & crudeliorem servituti servitorem, unde nisi divina potentia miraculum inveteratorum habitum catenas perfrigerit, nequequam emergere. Idem.

Quisnam tuto affirmare potest, se numquam aliquis animae excidium perpessus? Quis certus est, ad suum remissae pietatis exemplum, alium quemlibet virtutem remissius coluisse, ac mox in segetem vivendi licentiam lapsum fuisse, ubi tandem per sumptam infelicitatem interit? *O daignum! o jaculam!* exclamat Pater, nescio quis, in hoc argumento. Inde tamen hoc malum gravius, & infelicitus est, quod in nullam spem reditum illum perdidisti; etenim poterisne illam animam ab inferno eruere, quod illum dedisti precipitem? Preces quidem effundere potes, illius exitum misereri, lacrymis prosequi: sed nequicquam divinam pro illa fatigas Misericordiam, ubi damnatio ejusdem latera fuerit sententia. Quamam exprobratio a Deo tibi expectanda non est, cui id eripuisse, quod charissimum, & pretiosissimum ipsi erat in terris? Illum frustratus es fructu Sanguinis ipsius, quem pro ipsa effuderat; mortem, & cruciatu illius irritos effecisti, ideoque injuriam ea in re illi attulisti, qua nihil ipsi erat antiquius. Verum post hac quid facientiam erit, ut illius iram demulceas? Ullane tibi superest spes misericordiae? Animae excidium, quam perdidisti, nonne vicissim tuum expectet interitum? Eheu quid metuendum est! Non ideo tamen desperandum est; non enim morbus omni caret medicina. Quenam autem hac erit? haec sane, adniti pro viribus, ut illa Salvatori iactura, quae adeo gravis est, reparetur, aliarum animarum studio incolumitatis, quae ejusdem sunt pretii; atque totidem laboribus, vigiliis, exemplis, & subsidiis, quaecumque praestare poteris, tot ad ejus cultum revocando, quod vitae tuae scandalis, atque sollicitudinibus ab ejusdem servitute avocaveras? Idem.

In hominum commercio nefariae leges occurrunt; ac in Fidelium commercio quaedam longe negotiosius inveniendi dicere possumus. Anima ipsa nudandis etiam interest, & contractuum participationis est. Si dignitas aliqua est obtinenda, si beneficium acquirendum, quid intentatum relinquatur? Id si alicui assensu minime liceat, animam ipsam tradimus. Si qua voluptate frui desideramus, neque alia ad eam assequendam suppedit ratio, animam demoni mancipamus; illam nullo in discrimine habemus, dummodo voci damnemur. Hoc impij corde affirmant, licet ore non audeant asserere. At miseros homines! Si quid ex vobis exiit cupiditibus, ut illud obtineretis, omnia vestra bona expecterentur, numquid ideo ea traderetis? Et pro fluxa fragilique voluptate, quae statim evanescit, animam vestram, universum videlicet thesaurum vestrum impendistis? Tu, Deus, totum effudisti sanguinem tuum pro anima; & homines calamitosissimi hanc pro nihilo tradunt, minime cogitantes, se ejusdem aeternam subire iacturam, eamque aeternum infelicitum futuram. *Brevi Sermone de Anima, pro feria quinta post Cineres.*

S. Paulus ita 1. ad Corinthios c. 3. exprobrabat: *Nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Vestra agendi, vivendique ratio nonne satis ostendit, nihil inesse vobis spirituale; omnia carnalia esse, & vos carnalibus dumtaxat rationibus duci? At non ne hoc ipsum vobis obijci posset? *Nonne carnales estis?* Vocet colligite, animas vestras ad examen revocate: ejus cogitationes, ac vora interrogate: numquid ea, quae ad salutem vestram pertinent cogitatis? Sin autem quin sursum contendatis in Caelum, vosmet ipsos indefinenter deorsum ad ea, quae sunt terrana; demittitis, quin Deo vacetis; creatis rebus vosmetipsos mancipatis; quin saluti vestrae cogitationes, curaque impendatis, sensibus tantum satisfacere cupitis, atque affectibus vestris obtemperatis: *Nonne carnales estis?* Num aliquid spirituale in vobis est? Num divinum aliquid? Nonne delectis speciosissimos, atque gloriosissimos ejus, quam cum Deo habetis, similitudinis characteres? Quibus delatus quid vobis est reliquum, nisi hominis similitudo bibentis, epulantis, ac viventis, quin sciat quomodo, & quare? *Auctor Neotericus.*

Hoddy Bibl. Tom. I.

Corpus, Tertullianus ait, animae traditum fuit tamquam instrumentum, quo in variis vitae officiis utatur: *Caro addita animae, ut suppellex, ut instrumentum in officina vitae.* At nequissima inversione anima corporis mancipium fit, atque illius desideris cogitur obtemperare. Si oculi nefaria intuentur objecta, anima isdem lucem afferre cogitur; si quid manus rapiunt, vel aliquam eadem committunt, tenetur anima eorum actioni concurrere; si lingua evomit contumeliosa verba, eaque aures percipiunt; illas animare debet anima; si os sese ingurgitat escis, animam illi adhaerere opus est, ita ut, quemadmodum inquit Philo, sensus omnes animae satellites fiant, qui illam in omnem flagitiorum nequitiam trahunt, atque in vitiorum captivitatem abducunt: *Satellites sunt animae, visus, auditus, gustus, & tota sensuum cohors.* Idem.

Quid omnia vitae hujus proderunt bona, si per hac animam vestra iacturam faciat? *Quid inane quarimus lacrum pretiose animae detrimentum?* Numquid vobiscum aurum, argentumque auretibus? Domus vestra, & agri sequentur vos? Creaturae illae, quibus per summum dedecus adhaesistis, a vestra societate minime divellentur? Anima vestra sola post extremam diem coram Deo prodibit: hujus igitur solius in vita ratio habenda est; huic uni vacare debetis; videlicet unico salutis vestrae negotio vobis est incumbendum, ut nihil intentatum relinquatur, quod ad illud rite procurandum conducatur. Cetera enim tandem inania sunt, nihilque potest cum anima vestra comparari. *Porro unum est necessarium.* Luc. 10. Idem.

Vere igitur diligamus animam nostram, atque nostrum erga eandem testemur amorem maximum, quo frui valeat, bonum eidem procurantes. *Salva animam tuam* quocumque pretio, quibuscumque laboribus salvanda sit. De reliquis quae quocumque eveniat, ne queras; bona ipsa amittantur, dissipentur opes, quid ad te? dummodo animae tuae saluti consulatur. Cetera felicitate cedant, vel secus; fortuna tibi fateat, vel adverteletur; multa possideas bona, vel pauca; nihil tibi haec negotium facessere debent; illud vero unice cordi esse oportet, atque in id unum omnes mentis, industriaeque nervos contendere, ut animam tuam salvam facias. *Salva animam tuam.* Gen. 19. *Tomo quinto Sermonum in principia Ethicae Christianae argumenta, de Anima suae amore, & estimacione.*

Hic igitur, ut serves animam tuam, animam unicam, animam immortalem, creatam, ut aeterna felicitate perfruatur. *Miserere animae tuae placens Deo.* Ezech. v. *Miserere animae, quae Dei Imago est, & quae ideo creata fuit, ut ipsam amet, ac in aeternum possideat; Miserere animae hujus, cuius miserus est JESUS CHRISTUS, & cuius miserentur, quicumque norunt periculum, cui tu illam objecisti: Miserere animae tuae; Adhuc semel animae tuae, quae infelix esse non potest, nisi sit in aeternum infelix. Hoc ipsum a te petit Deus, Salvianus inquit, Deus ille, qui & ejus pretium novit, & quid, amissa illa, amittatur, intelligit. Hanc ex te quaerit animam, quam ipse creavit, quae sibi sicut vitae suae pretio, quam suo sanguine abluit; animam hanc, quam incredibili dilectione prosequitur, Scio eundem a te stocci aestimari; at hac ipsa de causa eam Redemptori tuo negare non debes. Te orat, ut misereris tui, atque te inexorablem reperit; tuam apud te agit causam, nec silectis. *P. de la Colomiere ad calcem Sermon. 46.**

S. Augustinus egregiam nobis adstruit ideam Deum quodammodo zelotes est animae nostrae, quae de anima nostra habenda est, ubi ait: *Intelligamus totam spem salutis nostrae esse zelum Dei.* Vult enim, omnem spem in zelo, quem pro anima nostra Deus habet, a nobis consistit. Deus enim adeo zelotypus est, ut nihil omiserit, quo eandem sibi conciliaret, atque in suam servitatem pertraheret. Quae nobis utilitas est, Deum, ut ita dicam animae nostrae terminari, perinde ac extra se unam illam & diligere, & pati non posset, ut sibi aliquisquam de ejusdem possessione certaret, vel hanc cum ipso divideret? Hanc ille respicit tamquam gratiae suae centrum, atque omnium operum suorum ab extra finem; quamobrem D. Thomas asseruit, hominem Dei Deum esse videri. Nihil enim

Anima corporis privatur.

Unicum negotium nobis est animae salus.

Quid deus, quatenus deus, quatenus imago eius.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

enim extra se operatus est, quod non præsiterit homini, eoque ut seipsum quoque inter opera sua adnumerari voluerit sese hominem faciens, ut totum se illi devoveret. Cor suum illi tradidit, quoniam hæc una ex creatis rebus est, cui magnum illud amoris præceptum irroget, a qua totum cor petat, & cui totum cor ipse largiatur. Quam felix igitur esset anima, si suam cognosceret felicitatem! Nonne hæc una cogitatio omnia Mortalium corda posset inflammare? P. D. Argentinæ Capucinus in Collationibus suis de Magnalibus Dei, Collatione 27. de Zelâ, quem habet Deus pro animalibus nostris.

Proh Deus! quam perfundi lætitiâ opus est, animam illam, quæ scit, se Dei amorem mereri, & sibi a Deo tantum meriti tribui, ut ipsam diligat! Quanam vero illi cedit gloria, cum ipsam ad zelotypiam usque diligat Deus, non ferens, ipsam ab alio quoquam possideri, quasi censeret, non alium præter se dignum esse amatorem illius! Verumne igitur est, anima mea, te tanta frui felicitate? Verumne est, te dignam esse, quam tanta dilectione Deus prosequatur, ut te ab alio quopiam possideri non ferat? Intelligentiæ magnam hæc felicitatem? Percipisne eximiam hæc veritatem? O beatos nos, si hæc, uti par est, perciperemus! postemulne oculos habere ad obiectum aliquid intruendum, vel dilectionem aliquam ad aliud quidpiam amandum præter hanc infinitam Majestatem, tanta propter animæ nostræ puritatem zelotypia flagrantem? Nonne creatis quibuscumque rebus, que lenocis, illecebris, pollicitationibus amoris nostrum delinere studeant, dicere deberemus quod olim Beata Agnes illis, qui speciem ipsius deperibant? *Discede a me pabulum mortis, quia jam ab alio amatore præventa sum. Idem.*

Quid de se nec ferre debeat anima, ut de se a Deo non operetur amari.

Quanam ergo est hujus animæ natura, ut sic Deus eam tanta dilectione digneris? Nonne educta est ex nihilo, unde cætera quæque eduxisti? Nonne toto celo distat a te, quantumvis cæteris creatis rebus nobilitate antecellat? Nonne semper liquido constat, hanc, cum ex nihilo prodierit, per se nihil posse? Quam mirum igitur hoc privilegium est, ut cum nihil esset, tu adeo nobilem, atque excellentem effeceris, ut ipsa omnipotentia tua nihil producere possit, quod illam valeat expleri? Hæc infiniti boni possessionem desiderat, quam se capere posse cognoscit. Tu vero, bone Deus, temet illi tradere dignaris ejusdem bonum, ac possessio in omnem æternitatem futurus. O anima mundi hujus illecebris decepta! quousque te abicis, ac demittis, ubi aliquid Deo minus inquiris? Nonne majori erga Deum zelotypia flagitare deberes, si fieri posset, quam Deus flagret in te? *Idem.*

Quemadmodum Cæsar suam imaginem repetit, ita & Deus suam, Sanctus inquit Augustinus, eamque repetens a te repetit animam tuam, similitudinis suæ lineamentis notatam; ac animam repetens totum te repetit, quoniam totus homo Dei imago est. Duplici autem jure imaginem hanc repetit JESUS CHRISTUS; cum enim nos ad imaginem suam efformaverit, jure utitur suo id reppescens, quod nobis tradidit; secundo quod cum prima hac dignitate excidisset per primi hominis peccatum, & alia scelera, quæ nos ipsi adiecimus, iterum per gratiam, sanguinemque suum delineavit in nobis priorem illam imaginem, quam peccatum profus deleverat. . . . Occurrunt quidem non pauci, qui Deo reddere videntur,

quod Dei est, ejusque imaginem in anima gerere, quippe qui multa pie agunt, atque exteriorem Religionis cultum diligunt; Verumtamen si introspiciantur, atque penitiores cordis eorum latebræ excutiantur, tunc ipsi mirum in modum adhaere mundo, immodicam sese prosequendi ambitionem fovere, nullam salutis suæ curam gerere, omniaque libidinis, & iactantis suæ sacrificare innoscescent. *Liber cui titulus, Christiana Documenta &c. . . . pro 22. post Pentecosten Dominica.*

Certum est, animam nostram adeo esse præstantem, ut creatis quibuscumque rebus antegrelat. Deus illam supra res cæteras extollere dignatus est; ipsa ad imaginem Dei creata fuit, S. Augustinus inquit, ipsa de sinu Dei tot perfectionibus cumulata prodit, ut inter hujus mundi res primum obtineat locum, & creatura alia pro eadem tantummodo efformata videatur, ut ex eorum collatione, tamquam ex appositis umbris animæ decor magis magisque eluceret. At majorem illius perfectionem gratia constituit; per hanc vivit, hac illi eam pulchritudinem imperat, quæ Dei oculos, & amorem ipsi conciliat; Hæc quidem animæ gloriam constituit; at peccatum ipsam pudore, & erubescencia suffundit. P. Givouff.

Ut liquido ostenderetur anima humana spiritalis esse, sufficeret sane illud connotare discrimen, quod inter humani corporis, & animæ productionem intercessit. Cum Deus hominem condidit, ad hoc opus efformandum lutum accepit; inde effictum corpus est materiale; at ubi animam creavit, inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, in hanc terræ massam insufflavit, eique spiritum suum communicavit. Itaque cum anima sit Spiritus Divini communicatio, & emanatio, ideoque spiritus, luminibus admirabilis, productionibus fecundus, & in actionibus suis universalis; Spiritus est, cuius natura, & qualitates ad Dei similitudinem efformata fuerunt. Cum igitur anima sit participatio Dei, non solum est, *Velut umbra divinitatis*, ut ait Tertullianus, sed ejusdem imago; ipsa unitatem substantiæ illius representat, ipsa tres Personas tribus suis facultatibus exhibet, memoria videlicet, intellectus, & voluntate. Possit hæc ne mireris, si audis, Angelos certatim festinare, ut eidem famulentur, & gloriæ sibi vertere si eandem contra inimicos ipsius protegant, atque tueantur. Quorsum autem? Quia imaginem Divinitatis suæ insculptam fronti gerit, quo characterem insignitæ Dei ipsius meretur amorem, & misericordiam illius in se convertit adspicium. *Idem.*

Anima per peccatum, & flagitia de nobilitatis suæ gradu dejicitur, & homo ad brutorum conditionem redigitur, quemadmodum Regius Propheeta testatur: *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus.* Homo qui Angelis, immo Deo ipsi similis erat, essentia suæ nobilitatem, atque præstantiam neglexit, sese vitis mancipavit, atque tunc brutis animalibus similis factus est. *Erubescet anima mea, S. Bernardus ait. Cur autem? Divinam in pecorinam immutasse naturam.* Erubescet, quoniam quæ divina eras imago, belluina facta es. Cum hæc anima gratia animata esset, atque induta, divine pulchritudinis characterem gerebat; sed quoniam suis sese tradidit affectibus, demonis characterem, & bellu formam assumpsit. *Idem.*

De Anima nobilitate ac præstantia.

animam una cum corpore interitaram existimantes. Alii, qui in Religione facti Pyrrhonicè vocari possent, Christianæ Religionis veritates neque credunt, neque insistantur; sed hæc in re neutro inclinantes operantur, donec rem probet eventus post ultima fata, interim vitæ hujus voluptatibus perfruunt. Omnibus vero id commune est, quod res ipsa ita videntur, ac si veri essent Athei, omni scelerum genere sese coinquinantes, & nullum Religionis sensum habentes.

Notandum autem est, quod homines hujusmodi superbia, atque affectuum suorum caligine excecati reliquos in Dei timore, nostrorumque Mysteriorum fide innutritis exigua mentis, & infirmos Spiritus vocant; quæ in re non minus ridiculi sunt, quam impii: & sese Spiritus Fortes appellant, qui pueritæ præjudicia abjecerunt, eos exuentes sensus, quos ex ipsa educatione imbibierunt, ut ea tantum credant, quæ sensibus accidunt, vel quæ ipsi ratione assequi possunt. Quamobrem cum neque Evangelium, neque Dei verbum admittant, & nihil habeant cum Fidelibus commune, non alio armorum genere, quam ratione cum illis esse decertandum; quæ etiam unica ratio est, quæ ad eos evincendos, uti debeant Concionatores.

Ad hæc notandum quoque, Sanctos Patres parvissime locutos esse de Atheis quales hodie cognoscimus, eosque cum Idololorum cultoribus confudisse; quapropter pauci suppetunt Sanctorum Doctorum loci eorum impetente impugnantibus; nam ab ipsis usque Christianæ Religionis incunabulis paucissimi hujusmodi opinionem amplecti sunt, & qui nullum Deum venerabantur, apud Ethnicos quoque in contemptu habebantur. Hoc tamen seculo eorum hominum multitudo, qui omni prope Religione carent, numero caret; quamobrem Concionatores omnem zelum sui vim exerunt, ut illos confundant, eisque horrorem incantent.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Structura varia Concionum hujus Argumenti.

Ostendi potest: Atheos, & illos qui eo usque impietatis processerunt, ut Dei fidem, & omnes Religionis sensus penitus suffocarent, damnari. 1. Ad naturæ Tribunal, cuius audire voces detestantur, ubi creata omnia fatentur, Deum esse, quamvis illi suffragium suum denegent, ac in aliam sententiam concedant. 2. Ad Tribunal Conscientiæ suæ, quæ illis interius offendit, supremum Judicem, scelerum suorum ultorem non deserturum. 3. Ad Tribunal Dei ipsius, qui propter commentitias eorum difficultates nihilominus illorum Dominus est, omnia eorum observat vestigia eodem severissime judicaturus; qui ubi illos inexcusabiles esse ostenderit, sese ipsum prodes efficiens, ut suæ potestatis, atque justitiæ terribiles, diuturnoque experiantur effectus.

Primum Punctum. Ad naturæ Tribunal ergo primum sunt ascendendi, eisque ostendendum, structuram, & ordinem universorum, multitudinem, & varietatem partium caelos, terraque componentium illis etiam, qui excecati, ac pertinacissimi erant, probeque supremam adeste Potestatem, quæ hæc omnia ex nihilo eduxit, infinitamque Sapientiam, quæ singula ad suum finem perducit. Quod si lumen naturale docet, primum unum Ens esse, toto celo majus, ac superius nobis, quæ ille colendus est, atque adorandus.

Punctum alterum. Impius, atque Atheus, accusatur, judicatur, atque damnatur ad propriæ Conscientiæ tribunal, quæ generatim sumpta non aliud est, quam lumen a Deo animalibus nostris insculptum, ut ait Propheta: *Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui.* Hoc autem lumen interius, quod eodem in sensu appellatur Synderesis, nos peculiariter de nostris officiis, antequam quidquam aggrediamur, erudit, corripit, arguit, atque secretis exprobrationibus condemnat, ubi supremi hujus legislatoris mandata persequimur; quæ in re præcipue iudicium conscientiæ exercetur. Quorsum autem hoc, nisi ut Dei autoritatem, supremam illius potestatem, ideoque ejusdem essentiam intelligamus? Peccator vero licet invitus potest ne hoc non intelligere, quandoquidem actus isti ab ipso proficiuntur, & hoc ipsi sua dicit conscientia; hoc ipse sibi in imo cordis sui dicit? Cum ergo præcipuum officium nostrum sit, Deum colere, illum palam profiteri, eique parere; ad flagitiosum hominem condemnandum, qui eum dismittere, eique obtemperare detrectat, non alius accusator, aut Jdex inquirendus est, quam propria ejusdem conscientia.

Punctum Tertium. Impii denique, & Athei, qui Dei fidem suffocantur, ne quid sibi negotium facerent noxias voluptates quærentibus, primi erunt qui ad supremi Judicii tribunal iustissimo damnabuntur iudicio, tamquam peccatorum omnium maxime inexcusabiles; cum enim ignorare minime possent finem propter quem creati fuere, amplecti volvere viam illud deducentem, quæ Religio est, actiones suas ad arbitrium dirigentes, aliumque sibi finem proponentes, videlicet bono-

Houdry Bibi. Tom. I.

rum, ac voluptatum vitæ hujus perfruitionem: & expectantes, nisi respiciant, iudicium suum, quod si nondum prolatum est, tamen signatum est, & quodammodo conclusum: *Qui non credit, jam judicatus est.*

Pro Concionis argumento, ac partitione ex, quæ sequuntur, duæ propositiones possunt assumi. 1. Cordis corruptionem, morumque licentiam parere licentiam spiritus, & suffocare in anima sensus Religionis, quos ab ipsa natura, institutione, Fide arripimus, haustum, expressimus; ita ut nequitia vitæ, impudicitia, atque flagitiosus affectus sint causa incredulitatis, & cæcitatæ spiritus, quæ in Atheis inveniunt.

2. Vicissim incredulitatem, atheismum, fideique defectum homines ad extrema usque flagitia pertrahere, cum eorum animos neque iudiciorum Dei metus, neque infamia, quæ cum sceleribus est coniuncta, deterreat.

1. Athei, & qui Religione carent a salutis statum quam maxime remoti sunt, ac omni ferme reditu, & conversionis spe vacant, eo quod fidei, rationis, & prudentiæ lumina deseruerunt, & eas etiam interiores, exterioreque gratias rejiciunt, quæ ipsos erudiunt, ac in ipsa cæcitate aliquod lumen ipsis afferunt.

2. Quomodo, & quanam via in adeo miserum statum labantur? Impudicitia nempe immodicis, atque audacissima curiositate, quæ scrutari, ac penetrare contendunt Religionis mysteria, quæ venenari, atque humiliter credere opus est; ac tandem flagitiosorum hominum societate, ac frequentia, qui sermonibus, & exemplis impio sensus suos nobis inspirant.

Tria sunt Atheismi genera, notante Guillelmo Parisiensi, quæ triplex Concionis punctum possunt constituere.

1. Atheismus est mentis, & intellectus; eorum videlicet, qui Deum minime norunt, quod non nisi ex terribili stupiditate proficisci potest, cum impudicitia, & flagitia mentem infamarunt, & lucidissima rationis lumina extinxerunt. Hoc Atheismi genus rarum, est, atque ut ait D. Augustinus, paucissimi huc infanz feruntur: *hæc infanz paucorum est.*

2. Atheismus est voluntatis, eorum nempe, qui seipso excecant, atque ut impune in omne ruant nefas, atque vitæ hujus voluptatibus indulgeant, seipso fallunt, atque credere nolunt, Judicem esse criminum omnium ultorem.

3. Memoriae Atheismus vocari potest, qui proprie illorum est, qui in jugi Dei, divinarumque legum oblivione versantur; & prout ita vitam institunt, ac si nullus esset Deus. Triplex etiam distingui potest Impiorum, incredulorum, vel infidelium genus, qui hodie in mundo vivunt, quia sese palam audeant prodere.

Primi sunt Athei, qui Deum esse non credunt, eumque pro vitæ a mente rejiciunt, qui in extremam impietatis abyssum proruerunt, venundati iniquitati, ut ait Scriptura, & penitus a Deo derelicti.

Secundi sunt Deistæ, qui rationis suæ lumine

Dd 2 ada

A T H E I.

Atheismus, Deista, Impii, infideles, Argumenta Dei existentiam probantia.

MONITUM.

Atheorum nomine eos proprie impugnamus, ac resellimus, qui de Religione parum solliciti liberiori vivendi ratione vagantur, quamvis diversi nuncupentur nominibus, neque eorum una sit species. Hi quidem neque Deum, neque Providentiam agnoscunt, & omni prope Religione carent; qui profecto peccato occurrunt, & ambigi potest, utrum in terris ulli hujus vitæ existerint viri. Illi Deum rerum omnium Auditorem confitentur, sed illum Providentia, atque iustitia vacuum sibi fingunt, non aliam præter hanc vitam futuram rati, &

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.